



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

N

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

5 Si quis mutuas dedit alteri pecunias cum obligatione non repetendi ante biennium, posse aliquid accipere ratione illius obligationis non repetendi, affirmat Ledesm. & Cælestin. quamvis alij communiter negent. *ibid. ref. 48. & p. 5. tr. 13. ref. 50.*

6 Qui novit valorem pecuniæ breui minuendum, potest illam alteri mutua-re cū pacto, ut eam sibi restituat iuxta valorem quem tunc habebit. Bonacin. & Reginald. *p. 1. tr. 8. ref. 25.*

7 Quando mercator non vult mutua-re, sed creditò merces offert, & vendit summo pretio, ut emptor eas vendat cui voluerit, potest ille ipse mercator eas statim redimere pecuniâ numeratâ, pretio medio, vel infimo, modo non intercesserit pactum explicitum, vel implicitum de retrouendendo, & modo intra limites iusti pretij constet. Lessius & alij 7. *ibid. ref. 33. & 38.*

Vide *Vsura.*

## NOVITIUS.

1 Si quis breui tempore in sæculo ma-nēs sua debita solvere possit, putat  
intra

intra biennium, tenetur differre ingres-  
sum in religionem ; sin minus potest  
statim ingredi non obstante Bullâ Six-  
ti V. Quod si post ingressum aliqua hæ-  
reditas, legatum, vel donatio illi obue-  
niat, tenetur Monasterium creditoribus  
satisfacere, non tamen religiosus labo-  
rare, vt inde iis satisfiat. Sanchez & a-  
lij 3. p. 3. tr. 2. ref. 41. & p. 4. tr. 4. ref. 82.

2. Si quis ingressurus Novitiatum ali-  
quid donauit ante habitus susceptio-  
nem, factum tenet: quia nondum erat  
Novitius. Concil. autem Trident. sess. 25.  
c. 16. solum vetat, ne Novitius donet.  
Sanchez & alij 5. p. 3. tr. 2. ref. 55.

3. Puellæ destinatæ religioni possunt  
admitti in Monasteria ante annos di-  
cretionis. Portel. *ibid.* ref. 131.

4. Puella duodennis potest suscipere  
habitum religiosum (Azor. & alij 3.)  
sed ante professionem, etiam monaste-  
rij exempti, debet Episcopi vnum exa-  
men subire sub mortali tam receptæ,  
quàm recipientis. Sanchez & alij 2. *ibid.*  
ref. 47.

5. Potest admitti Novitius omittis  
informationibus: neque incurruntur  
pœnæ Bullæ Sixti V. si Novitius careat  
illis defectibus. *ibid.* ref. 82. & 83.

6 Non interruptitur novitiatus per egressionem è monasterio cum licentiâ Superioris. Imò etiam sine licentiâ; per tres, vel quatuor dies, modò ij postea suppleantur (Less. & alij) quamvis si quis dimissio habitu exeat, vel cum animo non redeundi, censetur interruptus novitiatus, etsi eodem die pœniteat. Suar *ibid. ref. 84. & p. 5. tr. 5. ref. 19.*

7 Quilibet Confessar. us etiam sæcularis ab Episcopo approbatus, potest absolvere Novitium regularem, etiam à peccatis in Religione referuatis; quia Novitij sunt veluti sæculares. Decretum autem Clem. VIII. non est sumendum per modum præcepti, sed consilij. A. zor. & alij 16. Gaudent tamen omnibus privilegiis Religioni concessis. Suarez & alij 5 p 3. tr. 2. ref. 4. & 73.

8 Potest Novitius in articulo mortis, non expleto probationis anno, admitti ad professionem; & si moriatur, monasterium ab intestato succedit in bona ipsius: quia non decedit Novitius. Sanchez & alij 5. vnde nec debet postea de nouo profiteri si conualescat. etsi in his omnibus contraria sententia sit cõmunior *ibi. ref. 17. & p. 5. tr. 3. ref. 139.*

9 Novitius qui redit ad sæculum, nõ

tenetur ad expensas, quas in eo alendo monasterium fecit. Quia redditus, & eleemosynæ monasterij sunt etiam ad alendos Novitios. Sanchez & alij 17.

*p.3.tr.2.ref.16.*

10. Novitius recedens à Religione, non reincident in censuras, & irregularitates, à quibus in Religione fuit absolutus.

Suarez & alij *ibid.ref.44.*

11. Novitius etiam Fratrum Minorum, aut Cappucinatorum potest in suo testamento reservare electionem puellarum quibus suus hæres solvere debet quotannis certam pecuniam, cum licentiâ Superioris. Potest item Religiosus suum testamentum ante professionem factum, declarare, si est dubium. Vecchio & alij *ibid.ref.74. & 75.*

12. Ut valida sit professio cōplendus est annus novitiatus de momento ad momentum, uti & annus decimus sextus. (Suar. & alij 20.) quamvis sufficere ut ultimus dies sit inchoatus doceat Henricus & alij 2. Imò si annus cōpleatur 24. Febr. anno bissextili, non poterit emitte nisi 25. Febr. eo puncto diei quo ante susceperat habitū die 24. quia utraque illa dies pro vnâ habetur in iure. Molin. & alij 3 *ibid.ref.57 & p.5.tr.9.ref.18.*

## Nuptia.

- 1 Sabbatho integro ante primam Dominicam Adventus nuptiarum solemnitas non est prohibita; sed prohibitio incipit à mediâ nocte, quia à media nocte incipit prima Dominica Adventus; vt fer. 4. Ciner. incipit etiam à mediâ nocte. Pontius. p. 3. tr. 4. ref. 202.
- 2 Vt mulier transire possit ad secundas nuptias, non sufficit præsumptio verosimilis de morte viri: si tamen persuasio esset valdè probabilis, & iustissima credendi causa, non peccaret, si bonâ fide ad secundas nuptias transiret. Quia in moralibus sufficit probabilissima, licet non omnino certa opinio. Laym. *ibid.* ref. 214.
- 3 Si coniuges ante benedictionem matrim. consumment, ne venialiter quidem peccant; si verò ante denuntiationes factas contrahant, peccant mortaliter, vt & Parochus tali matrimonio assistens: non tamen est irritum, si cetera requisita obseruentur. Sanchez & alij 2. At si denuntiationes ante nuptias factæ nō fuerunt, faciendæ sunt ante consummationem matrimonij, nisi Episcopo videantur præ-
- ter-

termittendæ. Laym. *ibid.* ref. 240. & 241.

4 Cæremoniæ in secundis nuptiis adhiberi non possunt temporibus ab Ecclesiâ prohibitis; quia pertinent ad solennitatē nuptialem, licet non adhibeatur benedictio nuptialis, quæ sine mortali omitti potest. Pontius. *ibid.* ref. 265.

5 Non videtur p. m. tempore Aduentus & Quadragesimæ traducere sponfam solenniter in domum sponsi, & celebrare conuiuia; sic enim consuetudine receptum est, conuiuentibus Prælati. Sanchez & Villalobos. etsi id neget Pontius. *ibid.* ref. 266.

## O B E D I E N T I A.

**I**N varietate opinionum inter Superiorem & subditum, tenetur subditus obedire, nisi euidenter cognoscat illicitum esse quod præcipitur. Vasquez & alij. Contrarium tamen est probabile, numquam teneri, quando probabiliter iudicat illicitum esse, vel extra Superioris inrisdictionem: quia non tenetur obedire, quando pro-

F f 4

babile